



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, & ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea, plura, ad Gubernium ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1709

Sententiæ declaratoriæ excommunic. contentæ in c. Quod in dubiis, de sent. excom. Form XV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

contra eum procedendum ad declaratoriam Censurarum d. Bullæ S. Congreg. Immunit. in Alexandrina 16. Julii 1627. lib. 1. Dec. Paul. pag. 55.

¶4 Cedulones decernimus. Judex Delegatus a Papa, non tantum habet potestatem cognoscendi, & decidendi causam sibi absolute delegatam, sed etiam exequendi, vel alteri in loco, in quo fuit delegatus executionem committendi, eosque qui resistunt puniendi, *textus in cap. significasti 7. de offic. Judic. deleg.* & sic potest libere Cedulones relaxare, & publicare, & censuris suam jurisdictionem vindicare Ros. *de execut. litter. Apost. par. 2. cap. 6. n. 7. Pirhing. in jus can. lib. 1. n. 29. & trib. seqq. Sacr. Congr. Episc. in Cusentina*

¶5 18. Decembr. 1699. Quidquid sit de mero, & nudo Exequitore sententiæ, sive gratiæ, cui sola exequitio est commissa, qui partes Judicis sibi vindicare nequit, ut advertant DD. mox citati, & fusius examinat Navar. tom. 3. comment. ad cap. cum contingat de rescript. §. Secunda nullitas n. 25. & seqq. ubi quod executor merus Apostolicus excommunicare non possit, nec eum posse uti clausula. *Contradictores Ecclesiastica censura compellendo.* Et quidquid sit de executione Sententiæ Ordinarii alterius Diœcesis, qui illam exequi,

nec Cedulones in forma authentica in alieno territorio, seu Diœcensi affigere, & publicare non potest, sine licentia Ordinarii loci, ut probat Card. de Luc. *mischellan. disc. 22. n. 5.* sed hunc, litteris subsidiali bus require debet, & excommunicationem ei notam facere, Graff. *confil. lib. 5. part. 1. conf. 2. nu. 3. de excom.* Hic tamen habita notitia excommunicationis per litteras subsidiales, debet in sua Diœcensi excommunicationem publicare, absque eo quod valeat cognoscere, an bene, vel male judicatum, ut docet Piasc. *in prax. par. 2. cap. 4. art. 13. n. 30.*

De excommunicatione ferenda contenta
in c. quod in dubitis de
sent. excom.

Non semel accidit, quod homines in superbiam elati (& in c. quoniam multos 11. queſt. 3. non comprehensi) clavibus, & potestate Ecclesiæ contemptis, communice nt scientur cum pulicè excommunicatis; & cum hoc à Præfulibus non sit tolerandum, ideo si adhibitis prius Paternis monitionibus, non prodest ut hi refiſcant, non parcat abſcissio; & præmisfa canonica monitione, procedatur ad declaratoriam sequentem.

Sententiæ Declaratoriæ.

F O R M U L A XV.

Visa relatione nostri Promotoris Fiscalis, & informatione capta, & defusa per communicatione N. tūm locutione, tūm mensa scienter, cum B. publicè, & solemniter excommunicato (cui nullum familiare obsequium de jure præstare tenetur, visa monitione canonica contra eum exequuta, ut abstineret à participatione, sub pena excommunicationis majoris, quia parere detractat, & ex hoc d. excommunicatus, fortius indurescit, statuimus eundem participantem (vel participantes, si sint plures) consimili damnare censura: prout per præsentem nostram sententiam declaratoriam ipsum N. excommunicamus, & excommunicatum declaramus, Cedulones contra eum decernimus, & relaxamus, & publicè denunciari volumus, & mandamus omni &c.

N. Episcopus; sive Vic. Gen. N.

N. Aquarius.

Monacel. Formul. Pars III.

F

SUM-

SUMMARIUM.

- 1 Participans cum excommunicato vitando, non potest excommunicari, nisi prius moneatur, & constet non prouisse, & n. 3.
- 2 Participans cum excommunicato vitando, non incurrit si gaudet privilegio c. quoniam multos II. q. 3.
- 3 Participants cum excommunicato vitando in crimine damnato, sunt ipso jure excommunicati, & absque monitione, denuo excommunicari possunt.
- 5 Datur formula monitionis.

- 6 Excommunicatus, nisi ab aliis viteretur contemnit potestatem Ecclesiae.
- 7 Qui participat excommunicato in criminis, vel in Divinis, vel in Ecclesiae contemptum semper peccat mortaliter, & ideo anathemate est feriendus.
- 8 Excommunicatio si contempnatur non est amplius pena medicinalis, sed mortis eternae damnatio.
- 9 Persona publica si contemnit communicare cum excommunicato vitando, vel excommunicationem in se latam, Episcopus potest procedere ad Interdictum locale Generale.

Denunciationis.

FORMULA XVI.

Hic auctoritate ordinaria declaratur, & denunciatur excommunicatus excommunicatione majori nobis reservata, N. ex quia paternaliter, & judicialiter monitus noluit abstinere à communione N. publicè, & notoriè excommunicati, imò pertinaciter cum eo participare, & potestatem Ecclesiae contemnere non desistit. Quare præcipimus, ut ab omnibus eviteur, & excommunicatus existat, donec Ecclesiae plenariè satisfecerit, & à nobis absolvì meruerit. Datum &c.

N. Episcopus, sive Vic. Gen. N.

Loco  Sigilli.

N. Attuario.

VEL

Con autorità ordinaria, si dichiara, e denuncia scommunicato discommunica maggiore à noi riservata, N. per non haver voluto, benche ammonito paternamente, e giudizialmente, astenersi dal conversare, trattare, e mangiare scientemente con N. notoriamente, e pubblicamente scommunicato: anzi con pertinacia, e disprezzo dell'autorità della Chiesa ha partecipato, e comunicato collo stesso: Che però in vigore del presente commandiamo, che sia da tutti fuggito, vitato, e vogliamo che stia scommunicato fin tanto ch'haverà pienamente sodisfatto alla Chiesa, & ottenuta da Noi l'affluzione. Dato &c.

N. Vescovo, o Vic. Gen.

Luogo del  Sigillo.

N. Attuario.

AD-